



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

4. Vtrùm infirmus sæpius communicare possit non jejunos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

proinde dum quis dubitat an totum sacharum ante mediam noctem transmiserit in stomachum, debet à communione abstinere. Sitamen consumptâ substantiâ ante illud tempus remaneat aliqua dulcedo in ore, non nocebit, quia sic confunderetur cum salivâ.

ARTICULUS IV.

Vrùm infirmus sæpius communicare possit non jejunos ?

QUOD infirmis in periculo mortis dari possit viaticum non jejunis, continuus usus est & praxis Ecclesiæ, de quo nulla potest esse dubitatio. Sed inquiritur utrùm hoc sæpius fieri possit in eâdem infirmitate.

Aliqui hoc quidem admittunt, sed requirunt certum spatium temporis intermedium, quod alii limitant ad octo, alii ad sex, quidam etiam ad tres dies: sed illa limitatio caret fundamento.

Respondetur igitur propositæ quæstioni: omnino esse probabile quòd sæpius dari possit communicatio infirmo non jejuno, in eâdem infirmitate, si interveniat notabilis aliqua variatio, & iterum reincidat in novum mortis periculum, & hoc toties quoties talis variatio contingit; quia tunc censetur adesse quasi nova
ægritudo.

DE
ægritud
primâ
potest
infirm
in illo
quæ tur
istam n
peccato
auxilio
difficile
retur, ut
sent sub
13. dici
stiam da
ad unio
tum lim
persever
Maju
ter con
n. 20. C
pore san
ter dev
Sacra co
ut alter
iterum
mortis a
quarc.

ægritudo, & nova necessitas, ratione cuius id primâ vice licitum fuerat. Nec enim credi potest quòd pia Mater Ecclesia destituere velit infirmos tali solatio, & spiritali subsidio, quo in illo statu maximè indigent, propter multa quæ tunc possunt occurrere, quæ necessitatem istam notabiliter augent; v.g. tentationes, & peccatorum pericula, ad quæ superanda hoc auxilio maximè indigent. In tali autem statu difficile esset, si præter unicam vicem requiretur, ut non nisi jejuni hoc Sacramentum possent suscipere. Deinde in Conc. Constant. sess. 13. dicitur in casu infirmitatis posse Eucharistiam dari non jejuno, ergo cum non limitet ad unicam tantùm vicem, non est fundamentum limitandi dummodo notabile periculum perseveret.

Majus adhuc aliquid & non improbabili- ter concedit Layman lib. 5. tract. 4. c. 6. n. 20. Quod si talis infirmus assuetus sit tem- pore sanitatis reuenter communicare prop- ter devotionem, ac multùm ipsi sit sensibile Sacrà communionem diu privari, permitti possit ut altero statim die post sumptum viaticum, iterum communicet non jejunos; dummodo mortis articulus omnino videatur appropin- quare.